

- 4 λῆντάς. Ἔτι δὲ πρὸς τέτοις ὁρᾶν ἔφη τὸς πολλὰς τῶν μὲν ἄλλων κτημάτων καὶ πάνυ πολλῶν αὐτοῖς ὄντων τὸ πλῆθος εἰδότας, τῶν δὲ φίλων ὀλίγων ὄντων ἔ μόνον τὸ πλῆθος ἀγνοῦντας, ἀλλὰ καὶ τοῖς πυνθανομένοις τέτο καταλέγειν ἐγχειρήσαντας, ἔς ἐν τοῖς φίλοις ἔθεσαν, πάλιν τέτῃς ἀνατίθεσθαι.
- 5 τοσῦτον αὐτὸς τῶν φίλων φροντίζειν! Καίτοι πρὸς ποῖον κτῆμα τῶν ἄλλων παραβαλλόμενος φίλος ἀγαθός, ἔκ ἀν πολλῶ κρείττων φανεῖη; ποῖος γὰρ ἵππος ἢ ποῖον ζεῦγος ἔτω χρήσιμον, ὥσπερ ὁ χρηστός φίλος; ποῖον δὲ ἀνδράποδον ἔτως εὖνεν καὶ παραμόνιμον; ἢ ποῖον ἄλλο κτῆμα ἔτω πάγχρηστον;
- 6 Ὁ γὰρ ἀγαθός φίλος ἑαυτὸν τάττει πρὸς πᾶν τὸ

ἐλ-

§. 4. τὸ πλῆθος εἰδότας] Haec quoque imitatus est Cicero de Amic. 17: *Saepe querebatur, quod omnibus in rebus homines diligentiores essent; ut capras et oves quot quisque haberet, dicere posset: amicos quot haberet, non posset dicere: et in illis quidem parandis adhibere curam, in amicis eligendis negligentes esse.* Ruhnck.

ἔθεσαν] Non dubitavi olim ἔθεσαν reponere, velut ex coniectura Leonclav. et ed. Welsii, pro vulgato ἐθεάσαντο, quod nullum sensum commodum habet. Ecce vero sic est in MS. I et Vindob. 2. In Iunt. est ἐθεάσαν, unde Aldus fecit ἐθεάσαντο, male, cum literam vitiosam delere debuisset. Sed et ed. Castal. habet plane ἔθεσαν. Ern. Brodaeus legendum putat ἐτίθεσαν, atque Stephanus ἔθεντο, quod probat Valkenarius, quia apud poetas obvium, in his libris insolens sit illud ἔθεσαν. Sed haec ratio non idonea mihi videtur. Nam sic apud nostrum de Rep. Ath. III, 8 occurrit ἐγὼ μὲν τίθημι ἴσας ἐορτὰς τῇ ὀλιγίστας ἀγύσει πόλει. Exempla Demosthenica vid. in Ind. Demosth. Reiskiano. Tum si vel maxime concedatur,

esse poeticum, non tamen sequitur, esse Xenophonte indignum, cum dudum a grammaticis sit demonstratum, Xenophontem non fugere poetica. Paris. I ἔθεσαν, sed Paris. 3 ἔθεντο.

τέτῃς ἀνατίθεσθαι] Τέτῃς pro τέτοις est e certissima emendatione Gesneri. [Sed eandem iam notauerat Welsius in margine. Z.]. Ἀνατίθεσθαι est in ludo duodecim scriptorum, cum calculum intelligas male positum esse, dum per leges ludi licet, errorem corrigere, h. e. calculum alio loco ponere. Hinc ad alia transfertur eleganter, quae, cum errore quodam peccaram fecimus, dum licet, retractamus. conf. I, 2, 44. Stephanus in Thes. citat ex Antiphonte: ἀνατίθεσθαι, ὥσπερ τὸν πέττον, βίον ἢ ἐξεστι. Sic ἔς ἔθεσαν — τέτῃς ἀνατίθεσθαι. v. Salmas. ad Vopisc. Proculum T. II, H. A. p. 745. Ern.

τοσῦτον] H. e. tantillum, tant parum. cf. Cyrop. VI, 3, 22.

§. 5. τῶν ἄλλων] Per notum Graecismum pro ἄλλο.

παραμόνιμον] In ed. Halenti, vitio operarum ni fallor, est παράμονον. cf. infra cap. 10, §. 3.